



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 58. Galli Rentiacoano prælio victores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

obsidionem tormenta locabantur, mox Sæcul. XV.
A.C. 1554.
 Cæsar prope Marquam, & Fochenbergam
 retro post saltum Renticanum castra me-
 tatur, hancque sylvam petere jubet;
 Guiius autem Dux ibidem suam statio-
 nem habebat, saltumque trecentis sclo-
 petariis, ac quibusdam cataphractis
 muniebat, hostisque impetum repellere
 conabatur; quippe Cæfarei, cum Gai-
 lis numero superiores essent, hostem bis
 repetito impetu inde repellere molieban-
 tur, irrito licet conatu; quapropter
 Cæsar promotis castris Regium exerci-
 tum aggredi statuit, spe concepta, quod
 illum profligare, atque ex insidiis ob-
 rutum in fugam agere posset. Hanc
 in rem densæ caliginis opportunitate
 usus secus saltum Hispanos milites di-
 sponit, feligitque Germanos pedites,
 ac mille quingentos levis armaturæ E-
 quites, qui ad omnes pugnæ casus præ-
 sto essent. Sequebatur reliquus Cæ-
 saris exercitus, qui secus parvum quem-
 dam collem Gallos in saltu aggredi
 erat jussus, postquam Hispani aditum
 gladio patefecissent.

§. LVIII.

Galli Rentiacoano prælio victores.

Aderat huic expeditioni ipsem Belcar. I. 26.
 Cæsar, cuius præsentia animati Hi- num. 52.
 spani trecentos illos Sclopetarios a Gui- Thuc. I. 6.
fio

Sæcul. XVI. A. C. 1554. *sio in saltum immisso strenue aggrediebantur, equidem Galli primum hostis impetum fortiter sustinebant, cum autem numero impares essent, paulatim servatis tamen ordinibus semper pugnando retrocesserunt: ait ubi Guisius Dux præter Casparis Saulii Tavanii copias, ac Nivernii Ducis levioris armaturæ Equites suam quoque cataphractorum centuriam adduxerat, ad horum adventum mox certaminis ardor defervescere cœpit, tandemque dissipata caligine, detectoque toto Cæfaris exercitu die decima tertia Augusti decretria inita est pugna, ad cujus initium septem majora belli tormenta, quæ Cæsar adduxerat, Gallorum exercitum ingenti cæde afficiebant, ac bis mille Germani equites se Gallorum Equitatum prostraturos Cæsari pollicebantur: verum Guisius Dux, Alphonsus Estenfus Dux Ferrariæ, & supremus Franciæ Prior, necnon Tavanius immisis equis in hosce Germanos equites tanto impetu irruerunt, ut hoc agmen in aliam hostilem cohortem impingeret, illa vero in proximam legionem effusa totum Cæfaris exercitum solutis ordinibus dissiparet, tandemque remicho pugnandi ardore ad fugam compelleret: Ipsemet Cæsar ob adversam valetudinem primus secesserat, quem ejus Belliduces*

lides relicta pugnæ acie, ac tormen-
Sæcul. XVI.
tis sequebantur, donec tandem ingruen-
tes noctis tenebræ certamen dirimerent,
A.C. 1554.
& Galli belli aciem occuparent. Porro
Rex in fortitudinis præmium Tavanum,
aliosque Ordinis Equestris insignibus
decorabat. (*) Cæsa sunt ex Cæsareis
duo millia: ex Gallorum autem exer-
citu nonnisi ducenti fuere desiderati. (**)

Parta hac victoria Rex, cum dun-
taxat hostem ad certamen provocandi
studio Renticam cinxisset, obsidionem
solvere statuit, eoquod ejus exercitus
annonæ penuria pressus insuper aeris
pestilentia plurimum diminutus esset.
Nec tamen inde recedere voluit, inscio
Cæsare, quem etiam ad alteram pug-
nam allicere videbatur, cum in loco, in
quo pugnatum erat, per quatuor horas
subfisteret, quin Cæsarei Gallos aggredie-
rentur: (***) quapropter in Franciam

rever-

(*) Observes velim, quod ipsemet Con-
tinuator hanc Gallorum victoriam ani-
pitem appelle.

(**) Thuanus natione Gallus sat provide
addidit: *ut nostri tradunt.*

(***) Idem Thuanus magis modeste rem
refert his verbis: *totus fere exercitus sub signis*
stetit, per vigilante itidem hoste crastina die,
cum Rex putaret hostem rursus ad prælium
descensurum, ut damnum acceptum ulcisceretur.

Sæcul. XVI. reversus copiis suis missionem fecit, atque **A. C. 1554.** Helvetios de Regis liberalitate contentos ad sua redire jussit, nec non urbes finitimas validis firmavit præsidiis, quasdam vero peditum, equitumque legiones Vindocinensi Duci reliquit, ut se se opponeret hosti, si forte rursus Gallos invadere tentaret, prout re ipsa Cæsarei nova moliebantur, & vel Ardecium, vel Montroulium obsidere parabant.

§. LIX.

Cæsar Bruxellas veniens.

Thu. I. 13.

Verum Cæsarei hoc obsidionis apparatu nonnisi hostem fallebant, postquam enim in agros populabundi excurrerant, ac quasdam urbes, arcesque continentis incendio deleverant, de Vindocinensis Ducis adventu certiores facti retrocesserunt: Cæsar vero, cum aliquot dies sarcinæ Renticanæ arcis ruinis impendisset, ad oppidum S. Audomari se contulit, & mox Atrebatum, inde vero Bruxellas profectus est.

§. LX.

Nova edita Galliarum Regis.

Pariter Galliarum Rex unacum Gisio Duce, ac præcipuis Aulæ suæ Ministris Compendium secedebat, vix autem